

tendat in nihilum *Psal.* LXXII, 20: « Imaginem ipsorum ad nihilum rediges. » Et pariter gratia *Psal.* XXXVIII, 7 ait: « Verumtamen in imagine pertransit homo: » ita vocat imaginariam vitæ pompam et speciem inanissimam auri, argenti, voluptatum et volatilis gloriæ, quæ velut, inquit, somnium surgentium evanescent. Nullus est cum divinis aliis viris sacer Hymnopoëus in hac veritate inculcanda, qui cum multa et illustria in eandem rem dixisset, et paucis vellet omnia complecti, non potuit exaggerare magnificentius et sublimius quam cum dixit *Psal.* XXXVIII, 6: « Verumtamen universa vanitas omnis homo vivens. » Neminem excipit: *Omnis homo, inquit, vivens, dum vivit, dum viget et floret, vel, ut est proprie in Hebræo, נשׁוּ נשׁוּב* nisub, hoc est *dum stat, dum firmiter consistit; qui nixus adamantino fundamento videatur, potens et gloriosus, nihil est aliud nisi universa vanitas, sive universalis vanitatis, quidquid enim in illo est, robur, sanitas, pulchritudo, opes, dignitas, potentia, totum fragile et momentaneum est: falsus ignis imitator aeris ardore expressus in tenui materia, subito lucent, subito emoriuntur.* Et notandum est, in hac parte sacræ philosophiæ exponenda fere semper a Davide magno consilio adhiberi particulam *evanescens*, ut e tribus hic allatis a me locis constat; quæ nimirum sit index intercalaris sententiæ in omni genere sermonis, qui de vita humanis quæ rebus instituitur, repetenda. Si quis tibi mirandus occinat, ille est dynasta potens, dives, honoratus, rex, imperator, summus pontifex, etc.; tu continuo suggere: « Verumtamen universa vanitas omnis homo vivens. » Ecce tibi in theologia doctor omnium ore celebratus, hic subtilis argutusque philosophus; ille orator in dicendo summus, Gallico Herculi par aut Suadele; ille in iure interpretando clarissimus: « Verumtamen universa vanitas omnis homo vivens. » Vides pompam, et gloriæ bullas et bracteatum felicitatem puerili fæco imbutam, aureamque fortunam esse reris, et suspicis: averte paulisper oculos, tum in idem spectaculum eosdem reflecte; quem prius stantem et efflorescentem mirabar, videbis ruentem et flaccescentem: omnis ille vitæ cursus stuppeus funiculus est e vanitatis contextus, cum ipsa vanitate ut vapor tenuis perit et vanescit: ita Cresollius noster *Auloh.* cap. XIII. Plura de hoc argumento elegantè conscripta vide apud Tollenarium nostrum toto libro quem *Specul. vanit.* inscribit sive *Eclæ. carn. ac Pro. diluc.*, potissimum autem cap. I et cap. VIII.

Dicit igitur Sophar *U. m.*, cum sapientissimus sit, hominum vanitatem exacte cognoscere, hoc scire, tales non esse homines quales sibi videntur: quare non verebitur cum illis disceptare, quos arrogantia inflatos ac deceptos esse cognoscit. Quod autem addit: « Videns iniquitatem nonne considerat? » magis placet, quam quod ex Hebræo nonnulli sine interrogatione convertunt hoc

modo, videns iniquitatem, et cum qui non intelligit; quomodo etiam Chaldeus et Septuaginta interpretes intellexerunt vertentes, *Ubi dicitur in præfatione, videns autem absurda non convehit, id est, hominum crimina iudicio reservabit.* Quod valde horribile Davidi videbatur cum diceret *Psal.* CXXIX, 3: « Si iniquitates observaveris Domine, Domine, quis sustinebit? »

12. VIR VANUS IN SUPERBIAM ERIGITUR, ET TANQUAM

PULLUM ONAGRI SE LIBERUM NATUM PUTAT. — Causam quodammodo redditur cur erigatur; quæ nimirum vanus est, sic arboris rami vacui eriguntur; fructibus vero pleni incurvantur: in Hebræo est *כְּבֹרַב יִשְׂרָאֵל* isch nobub, id est, ut Pagninus varit, *vir vacuus; Tigurina, inanis; Regia, concavus.* Quemadmodum *Exod.* XXVII, 8, altare nobub dicitur inane et cavum intrinsecus, non solidum: ita *vir nobub*, qui magnificis verbis insolentius gloriatur, est homo concavus et inanis, vacuus cerebro, dolium sonans; in quo nihil solide sit prudentiæ aut virtutis. De quo hæc communis opinio est, aut esse arrogantem et odiosa superbia tumidum, aut puerili vanitate ridiculum; hæc autem superbia in loquendo maxime se prodit; unde Septuaginta hic legunt, *virgines λέγουσιν, natat sermonibus*, quod Scholion exponit *επισημασται, id est, thronosum agit, seu inaniter se jactat.* Quæ jactantia seu gloriosa venditio multis modis proli et ostendi solet, qui omnes a sapientibus atque bonis repudiantur. Deterrimum est illud genus, quo quis vitia jactat sua, quod non turpe modo est, verum et insanis proximum. Eleganter Pindarus, excellentis iudicii poeta, *Olymp.* od. 3, *αυτάρ οὐδὲν παρὰ σοφίαν ὑπερβαίνει ἄνευ τῆς, gloriari intempte esse insanis consuevit.* Est plane ea stolidi et impudens gloriatio, et eorum tantum propria, qui propter scelus turpem frequentiam pudorem omnem ex animo timoremque Numinis eiecerunt, quales a Salomone describuntur *Prov.* II, 14: « Qui loquuntur cum male fecerint, et exsultant in rebus pessimis. » Nulla major insania dici potest.

Inducit velut in theatrum ejusmodi quodam juvenes D. Augustinus, quorum caput cum vento plenum esset, atque nequitia inobscuratum, non videbant se captare gloriam ex his velle, que pendenda maxime et ignominiosa videri debuisent; eo vero progrediebatur levissimorum adolescentium vecordia, ut quidam fingerent se palrasse quod non conseciverant, ne minus forent gloriosi, quo magis casti et innocentes, atque ut laude, ut quidem opinabantur, illos agerent, qui gravi ter et impunita audacia se in maleficium ingurgitaverant. Quibus et similibus dicere possumus quod S. Paulus Corinthiis, inter quos fuit quidam impurus, qui nefario et publico se flagitio polluerat: cui tamen cives sui favebant, atque adeo illo, tametsi scelus maculis notatissimo, gloriabantur, quod esset doctrinarum varietate mirifice excultus, et de numero sapientum. Sed reprimi eorum hominum vanitatem non ex ver-

Homo universalis vanitatis.

Homo peritus est vanus et insanus.

Stulta est in malis gloriatio.

Quam insipientibus pendat non esse insipientem.

Mala in scelibus gloriatio.

Vanitas est anoni pari laudes, et res prius commocere dare.

Pasillo gloriatur an capere.

Onagri

tem stultitiæ et impietatis Apostolus II *Corinth.* v, 6: « Non est, inquit, bona gloriatio vestra. » Quæ cum litteris prodita sint divinitus ad componendos hominum mores et retinendam modestiam, et in manibus oculisque versentur, mirum est tamen reperiri etiamnum quosdam in christiana politia, qui ob scelus se nefarium vendit, et eo ipso gloriantur, quod peccaverint. Vides quosdam qui superbe et gloriose eos numerent, quos singulari certamine obtinuerint; in quo ipso Ecclesiæ leges, et supremi Numinis maiestatem jusque omne et divinum et humanum violavissent: alios qui jaclant a se offusas tenebras iudicibus, ut ilem obtinerent, quam jure perdebant: non neminem triumphantem, quod vendita sententia, et prostrata æquitate, nullis et pretiosis donis familiam suam locupletaverit: quosdam etiam, qui velut facinus palmarium predicent, necum a se factum virgini ad matrone. Quæ omnia sunt ejusmodi, ut appareat in schola demonis eruditus, cujus proprium est et probare scelus et promovere.

Est aliud hominum genus non tam quidem malum et sceleratum, hoc quorum tamen sermo haud exiguum animi vanitatem superbiæque redoleat: si quid enim de se loquantur aut suis, omnia mirabilibus amplificat, et in cælum tollunt: in quo non modo reprehendi solent ut aucupes inanissime laudis, verum etiam quidam ludibrio sunt, atque omnium irisionem ludunt, cum rebus ipsis oratio non respondeat. Ea causa gentes quædam male audiunt, quæ se atque sua ita crepant, et magnificè lingue bombo attollunt in dicendo, ut arcem e cloaca faciant, et e musca elephantum. Vitium illud dici *χρησίζετα* prodit Aristoteles lib. II *Ethic.* cap. VII, quæ a nobis *elatio nimis* nominatur, et deflectit a magnitudine animi in extremum vitiosum. Quanquam in eo quod rem extollunt supra omnem veritatem, hæc vanitas eodem Aristotele auctore *ἄλαστον* dicitur, hoc est *arrogantia, et ἄδελον, arrogantia*: qui magnificis sermonibus utitur et inanissima pompa verborum ad mendaciter ea predicanda et sublimius oranda quæ ad se pertinent: res non modo christiana moderatione indigna est, verum etiam apud omnes hominum genus reprehensa, qui morum elegantia et honestate capiuntur. Prefectus urbi Symmachus *Lib. X Epist.* 22, minuti animi putat esse indicium: « In magnos, inquit, animos non cadit affectata jactatio. » Pusillorum est artificio quodam adjuvare staturam suam, et se in ungues erigere, ut majores videantur, ita illi qui stolido sunt ingenio et gloriose appetentes, cum desint quæ vere laudent, tumorem affectant et granditatem, suæque omnia in majus amplificat: quæ quanta vanitas sit quis non videat? Ad majorem autem istiusmodi hominis stoliditatem declarandum subdit:

ET TANQUAM PULLUM ONAGRI SE LIBERUM NATUM

PUTAT. — *Onagram*, id est asinum silvestrem, stoliditatis symbolum præ se ferre superius declaravimus cap. VI, 5, ubi ejusdem proprietates vide fusius explicatas et moralizatas. Hic tantum nota similitudinem istam hominis vani, vecondis, insani, qui superbit, et vite commodis abutitur more junioris aselli silvestris per campos licenter excurreris; cui sors hæc libertatis et eujusdam a jugo immunitatis nativa est; elegantem quidem quadrare in plurimos alios divine legis jugum excutientes, ac si ad laborem nati non essent; in Jobum tamen minime convenire, quem his ipsis verbis proinde Sophar temere suggestit, cum legis divine fuerit observantissimus ac timens Deum.

13. TU AUTEM FIRMASTI COR TUUM, ET EXPANDISTI

AD EUM MANUS TUAS, — *q. d.* Quid mirum si non exaudiaris, curæ obduratus maneat in superbia tua, nolens confiteri peccata, propter quæ tam graviter puniris: animadvertat variis formis Sophar Jobum inter dicendum varias formas induere, nunc conquerentis nunc supplicantis; et opinatus illum erronea sententia deceptum adversus divinam providentiam obduruisse, carpit ipsum, quod nequiter orari externo gestu, interno depravatus affectu, quod Deus ab orantibus potissimum requirit. Affectus quippe pius orationis medulla et veluti anima est, quod Deus cordium scrutator potissimum intuetur, sicut respexit prius ad Abel et continuo ad munera ejus, non curaturus alioquin munera Abelis magis quam sacrificium Caini, nisi animum Abelis mitem piurque vidisset: est enim omnino certum externos orandi ritus gestusque, dum animus pius absit, nullius apud Deum momenti esse. Sed temerarie omnino Sophar tam malam de Jobo opinionem habuit, cum animum semper mitem gesserit, et eorum summo devotissime Deo sacrificavit, uti *supr.* cap. I, 5 declaratum est.

Notandus hic antiquissimus orantium habitus, quo passis seu expansis, hoc est in altum medioeriter erectis et extensis manibus precari consueverunt: id fieri a christianis epiebat D. Paulus, et suadebat I *Timoth.* II, 8, ut orarent in omni loco « levantes puras manus: » puras vocat, non iudæico more ablutus, sed, ut est in Greco, *ἁγία, sanctas*, castas, innocentes, nulla peccati sorde contaminatas. Tertullianus cum de oratione diceret *manus vincuosas* appellat. Hunc gestum natura ipsa docuit, tum expulivit ratio, et virorum sapientum exempla monitaque celebraverunt; nullaque fuit natio aliquo genere pietatis erudita, quæ non tollendas in precando manus tacita Numinis presensione deceret. « Habitibus orantium hic est, inquit Apuleius, ut manibus extensis in cælum precemur: » itaque veterum antiquissima sacra, quæ nominantur *Orgia*, nomen habuisse volunt ab *ὄργανον*, quod est *ἑστραβένον τὰς χεῖρας, manus extendere*, vel, ut poete sæpe canunt: « Tendere supinas ad cælum cum voce

synbolum ho-minis vani, recor-dis et insani.

Affectus pius est medulla orationis.

Antiquissimus ritus orantium manus in oratione.

Orgia inde ut vocantur.

manus. » Christiani autem hoc adminiculo pietatis vario modo usi sunt, ut e libris doctissimorum hominum intelligimus : ut plurimum manus efferebant, quod modice faciendum monet Tertullianus, non ut furiosi faciunt, qui supra caput iactant manus, sed ea prope ratione, qua videmus uti pontifices ac sacerdotes in divinis aë mysteriis obounds : qui gestus ipsius orationis vim et contentionem multum juvat, nam animus alliarum robor oblitus, et vix terre corporisque memor velut alatis manibus gessit in cœlum atque ad Deum contendere. Præterea sic orans significat se cupide ad Dei præsidium ut ad sacram anchoram et parentis optimi sinum confugere, quemadmodum pueri parvi mettu aliquo debilitati protensis manibus ad gremium parentis sui accurrunt, ut qui medio in naufragio versantur tendunt manus ad amicum sospitatorum. Cum enim in periculo constituti alioquin opem imploramus, motu plerumque subito naturaliter manus extendimus ; quod quæ in oratione frequenter accidit, hinc ab ethnicis etiam talis habitus inter orandum adhiberi solitus reperitur, juxta illud Virgillii XI *Æneid.* :

At pater Anchises oculos ad sidera lætos
Extulit, et cælo palmas cum voce tetendit.

Sic et Ovidius lib. I *De Trist.* quemdam navis gubernatorem in naufragii periculo a Deo auxilium implorantem describens ait :

Ipsæ gubernator tollens ad sidera palmas
Exposcit votis, inmemor artis, open.

Quin et Scipio lib. IV apud Silium Italicum in simili periculo :

Sic supplex geminas tendens ad sidera palmas
Telluræ noctemque et cælo sparsa precatur
Astra.

E quibus patet *manuum elevationem* tam apud sacros quam apud profanos auctores solemnem esse precantium habitum ; hinc *expandere manus ad Dominum* tum *Eccl. ix. 29.* tam alibi passim in Scripturis tum *orare* ponitur. Ad hæc, cum manus sint organum organorum, ut post Aristotelem D. Thomas docet, quarum vim et usum in tribus potissimum experimus, scilicet in dando, in agendo, in repellendo : qui manus pie in orationibus ad Deum attollit, quidquid est ei trahere penitus et committere videtur, et velut cum Davide animam in manibus suis habere. Vide plura cap. xvi, 18.

Cæterum tam Hebræus quam Septuaginta huic versui particule conditionalem se preposuerunt, quam mirum est cur omiserit Vulgatus : sic enim est in Hebræo, *si tu præparaveris cor tuum, et expanderis ad eum manus tuas*, quod Septuaginta transferunt hoc modo, *ei γὰρ το καθάρων ἔρω τιν καθάρων σου, ἵνα ἴδῃς δι χεῖρας πρὸς αὐτόν, nam si tu mundum possuisti cor tuum, extendis autem supinas manus ad eum. Hortatur nimirum Sophar Jobum,*

ut ad Deum redeat non fecte aut simulate, sed corde, hoc est sincere : Deus enim cor requirit in oratione, id est piæ precantis affectum, nec non puras manus, id est actiones, quarum symbolum sunt manus, omni scelere vacuus. Id quod disertius explicans et Jobo ad hæc magis inculcans subdit :

14 et 15. *SI INIQUITATEM, QUE EST IN MANU TUA, Ver. 14*
ABSTULERIS A TE, ET NON MANSERIT IN TABERNACULO ET 15.
ABSQUE MACULA, ET ERIS STABILIS, ET NON TIMEBIS. —
Tunc levare poteris faciem tuam
Tuo iniustitia : tunc levare poteris faciem tuam
absque macula, et eris stabilis, et non timebis. —
Per iniquitatem, quæ manibus attribuitur, peccata
externa designat ; et per iniustitiam, quæ in tabernaculo, hoc est in corde, commoratur, delicta interna et necdum ad opus prodeuntia significat. Si ergo, inquit, interius et exterius te a peccato mundaveris, et puritatem in te virtutis expresseris, faciem coram omnibus confidenter levabis, quia nihil erit, propter quod debeas pudore suffundi ; sed constans et firmus eris in accepta iustitia, ne timebis astu demonis ab illa detruendi. Prescribit hic Sophar grandi modum, jubetque primum manus tergere, ne quid male orator operetur ; deinde iniustitiam a domicilio animo que ablegare, quod ad affectum corrigendum attinet : ita pulchre S. Gregorius lib. X *Moral.* cap. xi, locum hunc exponit : « Prius a manu iniquitatem subtrahi, et post a tabernaculo admonet iniustitiam abscindi : quia quisquis jam prava a se opera exterius resecat, necesse profecto est, ut ad semelipsum rediens solerter sese in mentis intentione discernat, ne culpa, quam jam in actione non habet, adhuc in cogitatione perdetur ; » unde si posterior cogitationum moderatio tanquam difficilior expeditur, per quam puritas animæ nostræ stabilitasque completur, merito post mortificationem operum et desideriorum etiam inanum adhibenda est compressio cogitationum. Hinc S. Apostolus I *Timoth.* ii, 8, jubet « orare in omni loco, levantes puras manus sine ira et disceptatione : » in Græco est *χαρὶς λεηροαῖς, sine duplici cogitationum varietate, quæ distrahat mentem et conturbet* : nam de mentis evagatione id sumit S. Ambrosius lib. VI *De Sacram.* cap. v. Illos autem in precibus irreligiosos græci Patres nuncupare solent *διπλοῦς, animo duplices* ; qui mentem, quam in eo genere pietatis Numini uni votam et consecratam habere oporteret, in varia eaque alienissima discurrunt ; hinc illud Ignatii clari martyrio coronati scribentis ad Diaconum Heronem : « Ne sis in oratione *διπλοῦς, animo ambiguo* et discepto, » subdit, *καθάρων ἢ πρὸ διαίτησας, felix cui præsens ibi animus et certus contigit* : sine dubio a beatis apostolis id semperpat, quorum ista Constitutio lib. VII, cap. xii, a Clemente proditur : *Μὴ γινώ διπλοῦς ἐν προσευχῇ σου, ne sis duplex animo in oratione tua.* Quæ eadem voce D. Jacobus utitur cum eum reprehendit, cuius mens in oratione divulsa et dissipata est : vocat enim hominem

Orant
interior
que peri
necesse ad
hibenda.

Duo fun
damenta
bonæ ora
tionis.

duplicis animi et distracti Jac. i, 8 ; et, ut evangelii Luc. xvi, 41, verbis utar, turbati circa plurimum tamen doctrina Servatoris tum maxime unum sit necessarium ; quam labem cupiebat a se demoliri David, cuius princeps palmariurumque negotium fuit precallo : sic enim Deum alloquitur *Psalm. LXXXV, 11* : « Letetur cor meum, ut timeat nomen tuum ; » S. Hieronymus verit ex Hebræo, *unicum fac cor meum* ; quemadmodum etiam Symmachus *ἕνα, ad una cor meum* ; Aquila verit, *sit cor meum πονηρὸς, unice*, sit ab omni alia cogitatione secretum, sit liberum ab humilium rerum affectione, ut tibi, sanctissimè Deus, quantum est uni serviat, te unum in precibus intueatur, tecum omni animi impetu copuletur, totum denique sit tuum, nullam partem humanæ curæ et cogitationis sibi vendicent.

Hic duo quedam fundamenta collocanda sunt bonæ orationis, quorum Patres meminerunt, quorum unum est, neminem esse oportere tam creatoris omnium Dei tamque sui oblitum, ut volens atque certo animi proposito mentem a Deo revocet, et deflectat ad alias cogitationes. Hoc primum velut orationis præceptum dat S. Gregorius Nyssenus cum de scopo christiani disputat : *Μηδὲ ποῦ κατὰ τὴν διάνοιαν ἐκωλύσας περισπασθῆναι, nunquam sponte cogitatione circumvenyari* : hoc enim foret præpotationis Numini injuria, cuius presentis adorandam majestatem qui non veretur, decorat, et sceleris importuni fraudem concipit. Alterum est, debere omnes qui ad precandum accedunt motus animi et aliarum humilium rerum affectiones deponere, si quæ mentem occupaverunt. Hæc videtur illa esse dispositio, quam Ecclesiastici auctor sapienti quodam admonito suo requirit cap. xviii, 23 : « Ante orationem prepara animam tuam, et noli esse quasi homo qui tentat Deum : » sunt enim quidam ita vanis cogitationibus assueti curisque intentio communium rerum et negotiorum, ut perpetuo illas in mente circumferant, similes Theophilus medico egrotanti, de quo retet Galenus lib. III *De Sympt. differ.* cap. ut, qui cum prudens aliis in rebus et consideratus esset, tamen audire et videre se putabat canentes in cubiculo tibicines, et eos sonus de die, de nocte assidua cogitatione versabat : medici opinor *κατασθῆναι* dicerent, hoc est *invalentiam perpetuam* ; cuius item meminit alio in loco Galenus lib. I *De Diet. decret.* cap. vi. Debet igitur precaturi turbulentos animi sui motus diligenter pacare, et ab æstu illo negotiorum et curarum in placidum quietis portum succedere ; quod qui faciunt « levare poterunt faciem suam absque macula, » id est, qui antea demisso capite ex conscientie remorsu languebant habitus læto erigentur, cœlumque Dei subsellium fiduciosè suspicent, bonoque affectu et gestu orabunt. In precibus enim manus oculosque attollere piæ est, et sanctis viris usitatum : quare Tertullianus in *Apolog.* cap. xxx, ait

Sedatio
passio
nem tri
mit sã
ciam ora
tionis.

christianos « in cœlum suspicientes manibus expansis » orare consuevisse. Contuitus ille si religiose fiat et amore incendi, et fiduciam auget, et cum oculis animi volente adiungit ad Patrem qui in cœlis est, ut dicere nos et cogitare Servator hominum Deus edocuit : id Vates plus eodem spiritu eruditus faciebat, et proprium id amantium filiorum servorumque honorum esse ait *Psalm. CXXII, 1* : « Ad te levavi oculos meos qui habitas in cœlis. Ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suarum : ita oculi nostri in Dominum Deum nostrum. » S. Martinus illo intuitu mirifice recreabatur, et fructum extimie devotionis capiebat, et in lecto, ubi felicissime ad beatam vitam migravit, supinus voluit ea gratia consistere, ut in æternum beatorum domicilii consistere, ubi cor fixum et spes omnes sitas habebat. Eusebius lib. IV *De Vita Const.* cap. xv, memorat in nummis tabulicis pictis fuisse expressum Constantinum passis manibus oculisque in cœlum elatus : quod vocat *εὐχρηστικὸν σχῆμα, precantis habitum* et compositionem.

Cæterum pro verbis istis : « Tunc levare poteris faciem tuam absque macula, » Septuaginta reddunt, *ὄρα γὰρ ἀκαθάρατον σου τὸ πρόσωπον ὄρατι ὄρα καθάρων, sic enim fulgbit facies tua tanquam aqua pura*, quod ad bonum, nitidam et lucentem habitum orantis, non internum modo, sed etiam externum pertinet : fit quippe species vultus orantis altera, ut cum Christus in vertice Thaboris oravit, ac luculentissime facies ejus resplendit, ut videatur quedam lucis divine in faciem orantis immisse reflexio. Quod vero ad internam spectat faciem, apposita satis est aquæ puræ similitudo, nam dum orat animus similitudinem quamdam Dei ipsum spectantis animum concipit, qualis a tranquilla puraque aqua reddi solet, ita nimirum qui cor suum ab omni affectione turbida emundavit, in propria pulchritudine imaginem divine nature perspicit : mensura enim perspicitatis Dei, quæ a nobis capi potest, in nobis est ; igitur qui se ipse videt, in se quod desiderat videt, atque ita mundus corde efficitur beatus, cum intrens in suam munditiam, in imagine sua videt exemplar. Unde patet quam necessaria sit illa cordis mundities ad veram contemplationem : de qua vide quæ diximus tom. II S. Dionysii in *Isag. ad myst. theol.*, et quæ *ibid.* ad cap. i S. Dionysii annotavimus.

Religiose
ora illi
conspic
tio.

Fulgor
spiritus
interdum
redondat
in faciem
orantis.

Puritate
cordis
Deus
copulci
tur.

16. MISERIE QUOQUE OBLIVISCEBIS, ET QUASI AQUARUM QUE PRÆTERIERUNT RECORDABERIS. — Quod si, inquit, vere resipueris, dignosque fructus penitentia protuleris, ea tibi accedet rerum abundantia, ea instaurata et in meliorem statum renovata familia, valetudinis et existimationis antiquæ vicissitudo, ut non amplius superioris miserie recorderis quam aquæ quæ in flumine defluxit, in cuius locum longe major aquarum abundantia successit : nam qui penitentia Deum placat ad statum adeo prosperum concurrit, ut

Ver. 16.
Per pen
itentiam
abolen
tur mala
et instaur
antur
bona.

colluvies antea vite imber præcepit qui evanuit animo jam persanato validoque videatur. O felix status! o tempus desiderabile, in quo animam hostibus et tentationibus septa hæc miranda securitate gaudebit! obliviscet enim præteritorum peccatorum, quorum memoriam Dominus misericorditer velut spinam cordi infixam evellit, ut ait Cassianus *Collat. XX, cap. VII*, et animam jam adæccatam non tam ad lugenda præterita que mari compunctionis suffocata sunt, quam ad laudes Deo canendas, et ad affectus amoris invitat. Et sicut periculi jam elapsi, quod effugimus, cum exultatione recordamur, illudque aliis cum risu et gaudio narremus, sic ita vite præterite recordabitur, non quia mala ei placeant, sed quia se evasisse et fugisse gaudet illa que summe displiceant.

Incedit beatitudinis præsentis vite laboriosus comes abstergetur et compensatur.

Anagogice hæc ad statum beatitudinis referri possunt, ubi cor illud, quod in mortali hac peregrinatione inquietum semper est, ut siebat D. Augustinus, Deum statum sitiens, ad quem unum perenni motu ferebatur, stavissime conquiescit: « Universa cessant desinantque moveri, cum venerint suam in locum, » ait Aristoteles lib. I *de Cael. cap. IX*: sic cum Deus sit boni centrum, et totius beatitudinis complexio, qui perfecte illum possidet, nihil aliud est cuius desiderio capi et teneri queat: absorbebit mens in beatissima illa fruitione, et præteriti omnis doloris et molestie obliviscet, quem in hoc vite cursu Dei causa toleravit: « Putes ipse, ait Tertullianus in *Scorp. cap. VI*, post difficilia certamina consecutus victoriam, savi doloris injuriarumque non meminit, sed corona premit vulnera, palma sanguinem obscurat: » imo dura ipsa et acerba, que ob virtutem et pietatem exorsuerit, jucundissimæ lætitiæ materiam suppeditabunt, nisi me magnum philosophiæ lumen Aristoteles decipit; cuius illam lib. I *Rhetor. vocem exaudio: id est cubera præterita vitæ, jucundum est memineris locorum quibus sis liberatus. Corona et gloriæ sertis premet volætra, et palmis folio inaurato sudorem exterget, et in ægritudine aliquando fuisse molestam perlabitur: vix satis mirari poterit superfluentem Dei bonitatem que magnificentiam in minimis compensandis, quorum vix habenda ratio alla videbatur.*

VER. 17. 17. ET QUASI MERIDIANS FULGOR CONSURGET TIBI AD VESPERAM: ET CUM TE CONSUMPTUR PUTAVERIS ORBERIS UT LUCIFER. — Si Deum, inquit, placeveris, inclinata jam etate tua, et calamitatum ac miseriarum æstu elapso, velut ad vesperum apparebit tibi lux prosperitatis ut meridianus: cumque advenisse tibi putes extremum diem, tunc experieris affulsisse vite quasi primum inuentis jucunda primordia et redire fortunam meliorem, de qua jam actum videbatur omnino, non aliter quam si sub ipsum vesperinum crepusculum Lucifer exoritur matutinus, scilicet clarior, illustrior, ac lætior illa stella Veneris, que utriusque

Sophar solo ad Deum consurgens omnia prospera pollicetur.

fortune figuram refert, nigrae quidem seu adversæ, quando solem occidentem sequitur; alba vero, candidæque seu prosperæ, cum solem orientem præcurrit. Hæc hic egregium hieroglyphicum: una quippe eademque stella est, quam cum comitatur solem orientem vocant *stellam Veneris*, aut *Dianam luciferam*, aut *luciferum*; et cum comitatur solem occidentem, vocant *hesperum*, aut *vesperum*, aut *vesperuginem*. Comitatur hæc stella solem, et primum ad vesperam, cum sol occidit, illa ipsum præcedens, se quasi sub terra recondit, et nullis horis a nostris aspectibus manet separata, et solem præcedens lustrat omnes inferiores partes terre, et eas quasi luce sua percurrit: deinde vero quasi ex terra egrediens oritur splendida, clara, lucida, solem antecedens, quasi lucem ferens, et diem sua luce inchoans; que ideo vocatur *Diana lucifera*, id est ferens lucem diei. Sic etiam homo cum primum seipsum mente et cogitatione sub terra recondit, et quasi abscondit, ibique luce meditationis omnes inferiores terre partes penetrat, considerans statum, quem mortuus est habiturus, quam exersit sit sepulchrum mundanæ gloriæ ac seculi voluptatum, quam nulla que secum sit reportaturus, quam nudus relinquendus sit verminibus et putredini; inde oritur ut Lucifer, mente clara, illustrata, fulgida et perspicua agnoscens mundi vanitatem et inanitatem mandante gloriæ transiuntis, et non impinget amplius pes ejus: quia jam in luce ambulat, atque opera dii facit. Nunc quoad externam quidem speciem justus quasi in nocte ocellus vivit, et a tenebris tribulationum conculcatur; impius autem splendet quasi in die, honoribus elevatus, divitiis auctus, heatusque a populo dictus; at in termino vite hic quasi vesperus occidit, nec adjiciet ut resurgat: at justus noctem vertent in diem, et ut Lucifer matutinus sic orientur, ut cum æterno sole æviterno splendore ornati fulgeant in æternum. Sic de quolibet eorum verificabitur hoc oraculum: « Quasi meridianus fulgor consurgit tibi ad vesperam, et cum te consumptum putaveris orieris ut Lucifer. »

Color vitæ hanc sententiam suis coloribus S. Gregorii penicillus lib. X *Moral. cap. XI* ita scribitis: « Sancti viri quia summa medullitis diligunt, in infimis dura patiuntur; sed in fine gaudii lumen inveniunt, quod habere in hoc spatio præcurrentis vite contemnuerunt; unde nunc per Sophar dicitur: *Et meridianus fulgor consurgit tibi ad vesperam*: peccatoris enim lumen in die, est obscuritas in vespere: quia in presentis vite felicitate attollitur; sed adversitatis tenebris in fine devoratur. Justo autem meridianus fulgor ad vesperam surgit, quia quanta sibi claritas maneat cum jam occumbere cœperit, agnoscit. » Pulchre item hanc sententiam spiritali renovationi moraliter accomodans lib. X, cap. XI: « Fulgor inquit, meridianus in vespere est vir-

Veneris proprie tate significatio.

Ex meditatione mortis oritur lux vera spiritus.

Impius in vita, justus in morte splendet.

moritur qualis

Ver. 18. Justi in vita et morte securi.

Impi in mortem non mori.

Et conscientia puritate existit Junna in morte lætitia securi læque

tutis renovatio in tentatione, ut repentino charitatis fervore mens vigeat, quæ jam jamque lumen sibi gratia occubuisse formidabat; et justus cum se consumptum putaverit ut Lucifer oriatur, quia mox ut tenebescere tentationum caligine cœperit, ad lucem gratiæ reformatur, et in seipso monstrat diem justitiæ, qui casurus paulo ante finivit mortem culpæ. » Vita igitur justi ad vesperam, id est in postremis diebus, cum scilicet jam tempus migrationis instat, erit felicissima, et quasi merides sanctitatis splendore clarissima; et cum in veste corporis obscurata fuerit, et pallore mortis assumpta veluti aurora consurgat: sicut enim hæc procedit et crescit usque ad perfectum diem; ita anima justa a puritate hujus vite ad puritatem æternæ gloriæ perveniet, et non solum jam sicut Lucifer, sed sicut sol in suo fervore positus emicabit. Porro hic versus, quem admodum et præcedens, ad ritum animi penitentia renascentis, et velut e senectute ad primævum ætatis florem, e caligine tartarea ad candidissimam divinæ lucis auroram revertentis congruentissime transferatur.

VER. 18. 18. ET HABEBIS FIDUCIAM PROPOSITA TIBI SPE, ET DEFOSUS SECURUS DORMIES. — Quod si, inquit, Deo placere studueris, in eoque fiduciam collocaveris, nil erit deinceps quod in vita timeas; quin et post mortem securus eris: studiosius enim Dei cultoribus conscientie dulcis et amœna serenitas, pia in Deum fiducia, celestium rerum gustus, mirificam in morte lætitiæ adlerre solet; que plurimum in ipsa ægritudine molestiæque morbi recreat, et consuetos illos dolores lenit: « Naturalis cura est, ait Cassiodorus lib. IX *Epist. 6*, ægris dare lætitiæ: nam fac invalidum gaudere, sanatus est. » Si quod autem sit gaudium in hoc vite cursu et concursu miserum, in hominis justis corde esse puto. De illis qui vitam agunt negligentius, vel sordibus vitiorum obsolescunt, regius Vates ita pronuntiat *Psal. LXXII, 4*: « Non est respectus mortis eorum; » S. Ambrosius legit, *non est reclinatio mortis eorum*, hoc est, in morbis, in ægritudine, in perturbatione animi, in ærumnis doloribusque trepidæ conscientie nulla requies, non jucundum ullum axamentum, non pavidæ mens, et circummissa pungentibus curis ulla spe aut S. Numinis consolatio recreatur. Pia vero et religiose animæ, que post peractam penitentiam se cum Deo in omni vita, quantum fieri potuit, sanctitudinis et operibus bonis opulaverunt; que pura et defæcata conscientia, atque animum invocantes a corpore, studio magno et quotidiano ad coelum et vite sempiternæ decus rapiébantur, cum eo ventum est, ut migratione ab hac vita sint brevi Deum visure, nimirum exsiliunt et lætantur, postque labores hujus vite continuasque miseriæ « est reclinatio mortis eorum, » neque enim adolescentiæ noxæ maculæque sordium ullum negotium exhibiture illis sunt, qui longi temporis

continuatiōne hoc egerunt, ut accurato studioque exquisito aciem mentis in antea vite animos intenderent, stabulumque Augiæ existeret, si quis forte sordium acervus existeret. Hinc exomologes de vita omni comparatæ et incredibili pietate instruit, sic ut magnis sacramentis ut herba borith et divino medicamento lustrati, pura conscientia et singulari animi pace fruuntur. Nec contenti maculas eas semel diluisse, sæpe ex corde fundunt suspiria, sæpe ex oculis undas, argumentum ingens doloris sui, et notas illas juvenili olim licentia et temeritate instas ex anima bonis operibus student exurere. Huc referunt et demissi animi precatōnes, et virtutum studia quotidiana, et corporis asperitates, et zelum animarum, qui operit multitudinem peccatorum et divinum mysteriorum usurpationem: quare cum ad extremam horam venerint, toti nitidi et in sanguine Agni dealbati, expunctis adolescentiæ nominibus, gratiæ torque insignes, atque animo virtutibus exaggerato, stant contra omnes inimicos, Dei præsidio tuti et defensi, adeo ut princeps hujus mundi nihil ut suum possit in eis agnoscere. Hæc solida sane causa est, cur prohi in morte gaudeant et lætentur, quod posita scoria delictorum et devoti animi religione benevolentiam Dei consecuti, in ejus grænam animas eadem in æternum cum illo victuvas.

Et defosus securus dormies. — Philippus legit *defessus*, metaphora sumpta ab operario: sicut operarius ex longo gravique labore, quem tota die sustinuit, nocte defessus securus dormit, quem nullus strepitus excitat, nec culices mordentes inquietant, nec qui juxta eum vociferantur somnum intercipiunt: ita justus post ingentes labores, quos tota die vite sue sustinet, mortis dulcissime somnum incurrit, in quo secure dormit; quem nulla cura, nulla inquietudo aut pœna excitat. Bene tamen Vulgatus legit *defessus*, id est terra excavata inclusus et sepultus, et sub terra conditus; unde D. Thomas, Lyr-mus et alii de sepultura credunt esse sermonem. Observa nihilominus in Hebræo haberi verbum חָפָר *chaphar*, quod non passivum est, sed activum, ideoque illud *defessus* non passive accipiendum est, quasi ab aliis sepultus, aut sub terra excavata conditus, sed active, quomodo legitur Pagninus, Regia, et Brixianus, *g. d.* Cum foderis teipsum, aut cum excavata terra teipsum sub illa condideris, securus dormies: *dormies securum* in Scriptura est nihil mali timere, qui enim aliquid timet, non solum non secure et quiete dormit, sed vigilat: timor namque somnum fugat. Vis non timere demonis impetus, sæculi fallacias, mundi clamores, carnis deceptiones, que te tanquam Balila Samsonem fallere cœtantur? vis non vinei suggestionibus dempsum, mundi viciibus, carnis impulsibus? non expectes ut ab aliis sepelaris, aut in sepulchro alienis manibus reponaris, aut in sepulchro alienis manibus reponaris,

Dormire securum idem est quiete dormire.

tu ipse primo terram mente excava, et sepulcrum aperito, et intra illud per considerationem teipsum includito, terraque teipsum operi, et vermibus te circumda: considera qualis ibi eris, quam parvo spatio contentus eris, quam exigua aut nulla tui memoria in mundo permanebit, quam parum tunc tibi divitiarum proderunt, quam fallacem experieris salutem et pulchritudinem: sicque sit in nobis quotidianus quidam usus moriendi.

Vers. 19. 19. REQUIESCES, ET NON ERIT QUI TE EXTERREAT: ET DEPRECABUNTUR FACIEM TUAM PLURIMI. — Requiesces, inquit, in sepulcro molliter, ita ut a somno potius videare quam a morte captus; neque erit qui te dormientem excitet, aut loco moveat: illi porro qui te miserum et inopem insectabantur hostiliter, fortuna longe in contrarium motata humiles ad te accedent et supplices, ut erratorum veniam et pacem precentur. Ita Sanctus noster παρακαταίωθε.

Sed undenam tanta quies homini accidit, quae illum a plurimis adorari faciat, quam nullum malum perturbare possit? Sane illum notabat S. Lucas dum ait cap. xii, 33: «Facite vobis thesaurum non deficientem in caelis, quo fur non appropriat: sane aeterni thesauri spectatio hominem et imperturbabilem et legibus declarat. Ad haec pulchre S. Gregorius lib. X Moral. cap. xii: «Quisquis presentem gloriam querit, profecto despectum metuit; qui semper ad lucra inhians, semper, iuste licet, damna formidat: cuius enim perceptione reficitur, ejus rei procul dubio et amissione sauciatur, et quo mutabilibus ac perituris inheret, eo longe in infimis ab arte securitatis jacet. At contra quisquis in solo aeternitatis desiderio figitur nec prosperitate attollitur, nec adversitate quassatur, dum nihil habet in mundo, quod de mundo pertimescat. » Nullius mali; nullius peccati servituti subjacet, qui scit animo ad aeterna et permanentia revolare. Aiebat Ecclesiastes cap. xii, 5: «Florebit amygdalus, impinguabitur locusta, et dissipabitur capparitis: quoniam ibi homo in domum aeternitatis suae. » Pro verbis illis, dissipabitur capparitis, alii legunt, dissipabitur concupiscentia; alii, dissipabitur aviditas; juxta alios, dissipabitur voluptas; secundum alios, dissipabitur superbia; alii legunt, appetitus respicit res oblatas: et quidem nulla servitus appetituum et vitiorum non cadit, ubi homo incipit vel mente tendere in regiam aeternitatis. Huc igitur omnis nostra sollicitudo spectet in universis negotiis mundialibus, ne jura res prius ob oculos versetur quam aeterna; hoc solum semper nostris curis respondeat, nimirum quod aeternum est et indeficiens, ne sicut misera mancipia verberemur metra, sed ut filii regni vivamus. Est sane regalissima sors illius hominis, cui in omni negotio et tractatu suo nihil praefixum est nisi quod ipsum faciat vivere in aeternum; hoc unum efficit, ut verum esse fateamur quod divinus Can-

Consideratio aeternitatis redit hominum tranquillum et honoratum.

tor sacris in oculis cecinit *Psalm. cxv, 15*, mortem sanctorum esse pretiosam, vel, ut Tertullianus lib. II in *Marc. cap. xix*, verit, honorabilem. Sane pretiosam, non quemadmodum affectabat impius et veors Helio gabalus, qui cum ei denuntiatum esset a sacerdotibus Syriae *subactis* illum esse futurum, hoc est violenta morte interitulum, altissimam turrim extruxit aureis ante gemmatisque tabulis humi substratis, ut cum se inde precipitem ageret pretiosius moreretur. Non pretiosam a vetusto more Quiritium, qui in purpura sua mori et efferi cupiebant; sed quod eos opulentissimus caeli et terrae Dominus inusitato purpure genere convestiet; sic enim per Isaiam pollicetur Tyriam exsuperet: sic enim per Isaiam pollicetur cap. lxi, 3: «Uldarem eis coronam pro cinere oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu meroris. » S. Basilus ait pretiosam dici mortem a regio Vate per respectum ad lapillos, quos *quiritos*, pretiosos vulgo nominant, qui sint, inquit, *ἀσπράς χρυσαυν ὑπὸ δάκρυοντες, floridis interspersi et sublucentes coloribus*: sic piorum animas in extrema dissolutione a corpore, a terrena colluvione puras et virtutum coloribus insignes mirabilibus collucere; quas proinde magni aestimat Deus, et ut monile pretiosum atque regium donarium in cemeleis suis collocet. Quis ergo hujusmodi mortem pretiosam, decoram, honoratam, uno verbo *quiritos*, non studio omni appetendam et querendam putet, in qua totum benevolentissimum Numinis amor, gloria, pax et gentis animi laetitia occupavit? Quod autem subdit,

ET DEPRECABUNTUR FACIEM TUAM PLURIMI, — hoc, nescius quid diceret, quasi vaticinando Sophar protulit, uti in secunda Jobi prosperitate rei eventus comprobavit: etenim omnes accurrerunt Jobo gratulari, munera cum honorificis acclamationibus oblati, quorum plurimos verosimile est, visendum in sterquilinio monstrum horrentes, prostrato insultasse, despesxisse, aut contumelias exagitasse; qua sane in re Jobus Christi tyrum protulit, in quem crucifixum multi caput agitantem convicia intorquebant, e quibus nonnulli ut verum Deum postea ipsum coluerunt, et adoratione summa procumbentes venerit sunt. Simili quoque post mortem honore affici solent viri sancti, qui pro Christi nomine multas in vita molestias et persecutiones fortiter sustinuerunt, quibus Propheta regius in sacris odis suis ita merito applaudit *Psalm. cxxxviii, 17*: «Mihī autem nimis honorati sunt amici tui Deus: nimis confortatus est principatus eorum: » digni plane de quibus honorifice loquantur homines atque sentiant, et exemplo illustrium morum exuseientem. Huc spectat praclarum illud apud eundem sacrum Psaltem morientis justī elogium *Psalm. cxv, 7*: «In memoria aeterna erit justus; » in Graeco est, *ἐν μνήμῳ αἰώνιοι, ad perenne monumentum*, ad memoriam vite praestantis insigniumque virtutum. Id quemadmodum sit intelligendum tum

Mors sanctorum pretiosa et honorabilis

Bona fama odor optimus.

Vers. 20. 20. Oculi autem impiorum deficient, et effugium peribit ab eis, et spes illorum abominatio animae.

Impiorum animae perditio.

Sophar quasi vaticinando protulit Jobi felicitatem.

Sancti post mortem honore afficiuntur.

Impi in hoc vita habent aliqua effugia, sed damnationem non evadent.

Justissimi memoria sempiterna.

plurimorum saeculorum experientia, tum fide et arcanis divinorum voluminum effatis discere licet: videmus enim jam inde a mundi initio per aetates consequentes Abelem justum, Henochum, Abrahamum, Patriarchas, pios Vates, innumera-biles alios, ob vitam eximie tractam continuam hominum memoria celebrari. « Memoria Josiae, inquit Syrachides *Eccli. xlix, 1* in compositione odoris facta opus pigmentarii, » id est, instar mixturae odoramenti artificio taguentarii concinata est Josiae memoria: pulchra et ornata similitudo. Recte fama cum exquisitis odoribus componitur, qui longe et late sparguntur dulcissima et liquidissima voluptate: jungit et alias imagines in eandem rem luculentas: « In omni ore quasi mel indolebitur ejus memoria, et ut musica in convivio vini. » Texti ille aliquae sacri auctores longum eorum catalogum, quorum nomen benefactis et inclytis facinoribus illustre nulla unquam delebit oblivio; sed multo plures in gratiae debite nominari possunt, quorum gratia mel-leaque recordatio et musica omni suavior inter homines vivet in omnem posteritatem. Ut illud verissime dictum a Sidonio Apollinare lib. IX *Epist. 8*: «Improbiorum probra aequae ut praeconia bonorum immortalia manent. » Unde subdit:

Vers. 20. 20. Oculi autem impiorum deficient, et effugium peribit ab eis, et spes illorum abominatio animae. — Est argumentum a contrario, ut si pii prospere- rent, impij deficient; etsi autem assertum sit universale, peculiari tamen ratione directum videtur ad impios illos, qui Jobi ærumnam con-tinuentes, afflicto insultant, quorum oculi quasi vim glorie Jobi ferre non valentes dejectionem passuri dicuntur. Effugium quoque ait Sophar peribit, hoc est, non invenitur ab eis; quae phras- is Scripturae familiaris, qualis illa *Psalm. cxli, 3*: «Perit fuga a me, » hoc est, non potui effugere, non patuit via elabendi. Dum vero Sophar ait impios non evasuros, subnotare videtur ad-versos eventus incurros, quos declinare minime valeant, ut scilicet in ærumnam incidant, quae impietati respondeat; quemadmodum pietati Jobi prosperitas credentur responsura. Porro pro verbis illis: « Et spes illorum abominatio animae, » Septuaginta vertunt, *ἐν τῷ ἐπιπέδῳ ἀνάστα, spes enim eorum perditio*, hoc est, id quod de ipsis im- piis sperari potest, animae perditio est: atque in hunc modum caput hoc antithesi pulchra concluditur.

Expende impiorum malum; quoniam « effugium peribit ab eis; » et quidem in presenti multa habent malorum effugia, sed in futuro, ubi res agitur de animae damnatione, effugium omne peribit: rem hanc pulchre tractat S. Gregorius lib. X *Moral. cap. xiii*, dicens: «Nunc iniqui cum tristitia aliqua patientur, effugii latebras inveniunt, quia ad voluptatem protinus desideriorum carnalium recurrunt; ne paupertas cruciet, divitiis animum demulcent, ne despectus

proximorum deprimat, sese dignitatibus exaltat; si fastidio corpus atteritur, antepositis epula- rum diversitatibus nutritur; si quo animus mes- titiae impulsu dejicitur, mox per interposita jo- corum blandimenta relevatur. Tot ergo hic habent effugia, quot sibi praeparant delectamenta: sed quandoque ab eis effugium perit, quia eorum mens amissis omnibus se solummodo et ju- dicem conspicit. » Ecce tibi de omnibus mundia- libus nihil restat effugium miserae animae, dum ad sententiam damnationis venit: ibi et diviti- ae et epulae et imperia diffugiunt, se solummodo anima et judicem videt. Nullus ibi advocatus, nullus qui ejus defensionem suscipiat, simul cum mundialibus bonis omni defensore et advocato diffugiente, solo judice permanente. Ad preemp- torium judicium romano jure certis gradibus ve- niebatur, cum actor primo periret edictum pri- mum, mox alterum, deinde tertium, quibus pro- positum tum preemptorium impetrabat, quod peri- mebat disceptationem. Quanquam interdum ejus- modi edictum continuo dari consuevit, quod in legibus *π. De Judic. l. lxxviii, unum pro omni- bus* appellatur. Hic autem nulli sunt gradus et intervalla temporum ad preemptorium judicium observanda, subito unum pro omnibus perscribitur. Statim atque anima corpus suum ut hospiti- um deseruit, offertur judicij ad decretorium ul- timumque judicium exipendum. Ubi quantus sudor illis, quanta sit trepidatio futura, qui in reddenda ratione nihil liquidi habent quod di- cant, quod obijciant, quis oratione commemo- ret? prius enim auditur sunt formidabile illud tonitru *Luc. xvi, 2*: «Redde rationem villicatio- nis tuae, » quam de supputandis et instruendis con- scientiae suae codicibus mente agitaverit. Quare trepida et infelix anima ut viator appetente nocte a latronibus interceptus per obscuram silvam ducitur, quo vadat, quidque ipsi futurum sit ignorat: hoc habet unum quod timeat omnia, speret nihil. Adeo quidem flens et ejulans, et mi- rum quantum afflicta, dicere mihi posse videtur quod moriturus imperator Adrianus teste Spar- tiano dixit:

Animula vagula, blandula, Hospes comes corporis, Quae nunq̄ stibis in loca, Pallidula, rigida, nudula, Nec ut soles dabis jocos.

Quid dicam de impetu mali demonis intole- rando, qui in illa migratione solet esse furiosis- simus, an non merito justam formidinem adferre potest vitiosus, quique non magnum cum virtute et pietate commercium habuerunt? tetra enim immanisque illa bellua silentissimae cruris nostri expectat illud tempus, quo salutem vorare possit, et spe omni felicitatis spoliare. Quem me- tum praese ferebat David, cum ad S. Numinis praesidium versus ita orat *Psalm. xxi, 21*: «Eru-

Peremp- torium judicium Romano- rum et Dei qua- le.

Judicium ex- tremum horribi- le.

Demon in man- ducantem morte savus.

de manu canis unicum meam : » unicum suam vocat spiritum corporis sui, ut Chaldeus varit, hoc est animam, quam Septuaginta dicunt *πνεῦμα, unigenitum*, id est, super omnia eximie clarum et dilectum; vel nominat unicum ob solitudinem, in qua tunc anima versatur, nuda et desolata a familiaribus, sola in campum ingressa cum bellatrix demum cohorte in extremo illo agone pugnatura. Igitur Aquila illud *unicum meam* vertit *πνεῦμα*; S. Hieronymus quasi verbum ex verbo *solitariam meam*. Hanc ergo animulam solam et desertam alieno auxilio, illud ipsum tempus sibi ante oculos ponens Rex pius, cui de manu canis postulat. Quo hieroglyphico monet Eusebius diabolum intelligi, quem gentiles, inquit, Cerberum triplicem finxerunt: neque enim satis erat caput illi unum tribuere unicasque fauces, qui tot ora semper habuit hiantia, tam ardentem et immensam cupiditatem exorbendi nostri sanguinis animaque devorande; tunc vero morte comitatus,

CAPUT DUODECIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Job ut amicorum retinuit jactantiam, ostendit jam pridem sibi perspecta ea omnia quae de Deo proferebant: sed vicissim divinam illis vindictam minatur, quod justo insultent, et simplicem rubeant: extollit deinde divinam potentiam, sapientiam et providentiam in universi gubernatione.

1. Respondens autem Job, dixit : 2. Ergo vos estis soli homines, et vobiscum morietur sapientia? 3. Et mihi est cor, sicut et vobis, nec inferior vestri sum : quis enim haec, quae nostis, ignorat? 4. Qui deridetur ab amico suo sicut ego, invocabit Deum et exardiet eum : deridetur enim justi simplicitas. 5. Lampas contempta apud cogitationes divitum, parata ad tempus statutum. 6. Abundant tabernacula praedonum, et audacter provocant Deum, cum ipse dederit omnia in manus eorum. 7. Nimirum interroga jumenta, et docebunt te : et volatilia caeli, et indicabunt tibi. 8. Lequere terrae, et respondebit tibi : et narrabunt pisces maris. 9. Quis ignorat quod omnia haec manus Domini fecerit? 10. In ejus manu anima omnis viventis, et spiritus universae carnis hominis. 11. Nonne auris verba dijudicat, et fauces comedentis, saporem? 12. In antiquis est sapientia, et in multo tempore prudentia. 13. Apud ipsum est sapientia et fortitudo, ipse habet consilium et intelligentiam. 14. Si destruxerit, nemo est qui aedificet : si incluserit hominem, nullus est qui aperiat. 15. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur : et si emisit eas, subvertent terram. 16. Apud ipsum est fortitudo et sapientia : ipse novit et decipientem, et eum qui decipitur. 17. Adducet consiliarios in stultam finem, et judices in stuporem. 18. Balteum regum dissolvit, et praecingit fune renes eorum. 19. Ducit sacerdotes inglorios, et optimates supplantat : 20. Commutans labium veracium, et doctrinam senum auferens. 21. Effundit despectionem super principes, eos, qui oppressi fuerant, relevans. 22. Qui revelat profunda de tenebris, et producit in lucem umbram mortis. 23. Qui multiplicat gentes et perdit eas, et subversas in integrum restituit. 24. Qui immutat cor principum populi terrae, et decipit eos ut frustra incedant per invium : 25. Palpabunt quasi in tenebris, et non in luce, et errare eos faciet quasi ebrios.

1 et 2. RESPONDENS AUTEM JOB DIXIT : ERGO VOS ESTIS SOLI HOMINES, ET VOBISCUM MORIETUR SAPIENTIA? — Egerant cum Job tres amici parum officiose et urbane et nimis insolenter, quasi ipsi altissimum tenerent abditarum rerum cognitionem, quam Jobus assuetus non esset : quos ipse subamare, licet modeste, reprehendit, docetque quam ipsi tenere se putant scientiam nemini esse ignotam, qui mediocri sit ingenio, et paulo attentius rerum naturas et obvias proprietates considerare voluerit : cum nulla sit creatura, quantumcumque rationis, sensus, imo et vite experta, a qua homo illa doceri non possit, quae illi de se adeo superbe jactabant. Quamobrem Job tantam amicorum insolentiam, qua sibi praeteris sapientiam arrogabant, ironice perstringens : Ergone, inquit, vos soli homines et sapientes? Siccine restricta est sapientia, ut ea vobiscum pariter interitura videatur? Aureum est dictum Salomonis e penu sapientiae promptum Prov. xvii, 3 : « Non decent stultum magna composita; » Valabius vertit, non decet stultum magnificus sermo; Pagninus, lingua excellens; in Hebraeo est, labium excellentia, ubi labium pro sermone ponitur, et significatur oratio plenissima vanitatis, tumor imperitiae mentis in loquendo, os sublime ineptorum, lingua, ut Poeta loquitur, ventosa, puerilis et illudenda captatio gravitatis et indecorae majestatis, qualis in Sopharis et aliorum verbis manifeste deprehenditur. Aristoteles lib. II Ethic. cap. vii, vitium hoc *ἀσέλγεια* appellat, hoc est arrogantiam; et *ἀσέλγεια* dicitur arrogans, qui magnificis sermonibus utitur et inmissima pompa verborum ad mendaciter ea praedicanda et sublimis ornanda quae ad se pertinent : idem etiam alio loco Philosophus lib. IV Ethic. cap. xii, ejusmodi gloriosos ostentatores esse vulgo omnibus odiosos animadvertisit, quod *ἰσχυρία* et *ὕπερβουλα*, hyperbolicae illae orationes, et magnificentius rem attollentes, graves soleant esse audientibus, et mirum quantum odiosae? Sane declarant in loquente parum inesse iudicii, frontis et modestiae reverendae. Symmachus vir clarissimus lib. I Epist. 1, elegantissime : « Jactantia, inquit, avara laudis multum decoquit de pudore : » putidum illud est, atque, ut loquitur cum divina Scriptura, vetus et quodammodo ranoidum. Sic enim monet divinum oraculum I Reg. ii, 3 : « Recedant vetera de ore vestro. » Quod clarius dicit Septuaginta, *ἡ ἁγιωγραφία ἡ ἀρχαία τῶν ἁγίων, non procedat magniloquentia de ore vestro*, quod commutatis verbis ante dixerat, *nilite multipliciter loqui sublimia gloriantes*. Quod optime quadret in hos amicos Jobi, qui se doctiorem inani verborum fastu desperaverant, de doctrina theologica tanquam sibi propria gloriantes : quocirca Jobus eos errati admonet, docetque (quod ad sententiam suam tuendam oportuit) non esse certe gloriandum ob ea asserta quae vulgo nota sint, neque non despicendum, ac si intelligentia sapientiaeque sit inferior, cum Dei numero

Jactantia
dus et
arrogans
emulbus
odiosus.

et ingenio polleat, et acri ad res discernendas iudicio. Unde subdit :

3. ET MIHI EST COR Sicut et vobis, nec inferior vestri sum : quis enim haec quae nostis ignorat? — Quod ait : « Et mihi est cor, » ad intellectum pertinet sapientia ornata, quae phrasia Scripturae familiaris est, qualis illa de Salomone III Reg. iii, 12 : « Dedi tibi cor sapiens et intelligens. » Hinc etiam vir prudens vulgo *cordatus* dici solet : *cordatum* enim veteres pro solerti et acuto dicebant, et animae partem rationis participem eor appellari solere dicit Adamantius Origenes lib. I Iuz. *ἀγῶν* cap. 1. Quo etiam referri potest locus Pauli, Rom. ii, 13 : « Qui ostendit opus legis scriptum, in cordibus suis : » quae enim patet, quod dicit *in cordibus*, in membro corporis, quod cor appellatur, tanquam in membrana aliqua legendae scripturae intelligi; unde enim caro tantos praegentis sensus concipere vel ostentare posset, aut tanta memoriae receptacula continere? Quin et theologii nostri secuti prophetarum dictata consilium in corda residere dicunt, in eoque agendorum omnium radicem stabunt, docente Domino, in corde esse quod coarquant hominem; et ubi *monta corde* habent sacra Littera Math. xv, 18, sinceram intelligentem cogitationes *ibid.* v, 8. Eadem fere ratione quando divinae litterae cor Dei saepe nominant, intelligendum ex eo arcanum illud divinitus sapientiae, quae a Patre est, juxta illud Psal. xlii, 2 : « Eructavit cor meum verbum bonum, » inmensum filium Jesum Christum alia illius sapientiae mysterio genitum : ita Eucherius. Athenarum vero lux magna Dionysius *Calest. Hierar.* cap. xv, § 3, e mysticae theologiae arcanis cor ait symbolum esse *τῆς θεωρίας τῆς θείας*, et ut ita loquar, *deiformis vite*, quae vitalem vim suam benigne in ea dispergit, quibus veli esse consilium; quem locum exponens S. Maximus ait cor veluti centrum esse, quod primo vitam suscipit, et auctore S. Basilio primo creatur, deinde velut et centro in omne corpus vis et vita funditur : ita enim facit cor ad animam, quae vite nostrae materia est, ut praei vates animae receptaculum esse cor significatur, id hieroglyphice *anima ventrem* appellavit; atque ita intelligendum esse illud Jerem. iv, 19 : « Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo : » Hesyehius ait : Nam quem ventrem? ipse subinfert : « Et sensus cordis mei turbati sunt. » Ideoque intestina hujusmodi aqua lota offerre admodum in holocaustum, hoc est adhibitas latentesque cogitationes eluere, et diligenter abstergere : ita Papius lib. xxiv Hierog. Ceterum ex hoc Jobi textu liquet viros piae sanctissimos de se inter se res laude dignas emuntari, non eas modo ut virtutum cultura studiose parant; et verum etiam quae inter naturales dotes recensentur, qualis est ingenii perspicacitas; at haec laus multis ex capitibus in Jobo honestatur, neque passim ad alios derivanda, uti prudenter monet Joannes a Jesu Maria.

Vers. 8.
Cor per
tinet ad
intell.
tium.

Cor
datus
et
cordis
quod
sig
nificat

Cor
ra
dix et
ce
dus
con
sili.

Cor
Dei
est
divi
na
sa
pientia.

Cor
syn
bolu
m
vite
deifor
mis.

Viri
sancti
lib
eres
sue
teolum
enigme
taudant.